Itaq. simul tres liberos hodie reges constituo illi aetas his no
bilitas adstipulatur. nec numerus mouet ac magnitudo
regni et pluribus abundat. Arbiter primo sententiae
meae est. deinde etiam uos accedite. quos caesar coniun
xit. constituit pater. uos honore congruo prosequimini.
ut neq. inmoderatus neq. infirmus honor sit. alius inflat
alius exasperat. quod cuiq. portionis suae meritis suppe
tit impertiatur. non enim tantum quis delectatur eum que
supra mensuram honorat. quantum laeditur eum cui debitū
negat. et plerumq. uterq. eorum offenditur ubi praelati
onis adulatio est. Sum certe omnib. pater honor filiorū
haut dubie patris gratia est. si tamen supra modum quis
liberos meos excolat. reus est etiam mihi pro liberis meis
quib. auctor prolapsionis est. nimius enim cultus audaciae
sumtus est. Numquid inuideo liberis meis absit. sed malo eos
minus cum gratia posse quam plurimum cum seditione. quod
enim superbiae uel rapinae est cito labitur quod gratiae
diu tenetur. unde curae est mihi ut sponsores concor
diae adiungam liberis meis parentes amicosq. quorum hor
tatu mutuae dilectionis affectum induant. Nam cum om
nis sermo malus facile mentem audientis inficiat tum ma
xime assidua conloquia et diuturnus usus pestem animis in
fundere solet quae contagio quodam in mores cohabitan
tium cito transeat et si tranquillitas morum sit. tamen
ut stagnum mite licet uentis exagitantib. assurgere in
aestus ualet. Ita bona natura improbis morib. fluctuat
Arbitror itaq. quod in me unusquisq. spem sibi potissimam
debere recondere non enim quod accidit liberis meis
mihi deperit. plus unusquisq. tribunorum uel militum reue
reri debet patrem imperatorum. Ego sum. ego sum. qui
mercedem uniuersis rependam pro his quae etiam filiis
meis detuleritis. si recta aduertero studia factis remu
nerator. maliuolentia praetium referet suum. ut apu
eum quoq. quem putauerit adulandum fructu excidat
Uos autem boni fili considerate primum naturae religio
nem. qui uus gratiae et bertias ligat. quae etiam feras